

⁴ ^{faucis} ^{sagittariis}
Quando Faventini milites cum sagittariis et balisteriis
ivere apud castrum Lauretæ.

CAP. CCXI.

¹²³⁶ ⁹ ^{Martio} ^{equitaverunt}
Anno MCCXXXVI die ix exeunte [a] Martio, equitaverunt Faventini milites, una
cum sagittariis et balisteriis omnibus, apud castrum Lauretæ, et cum illud expu-
gnare vellent, pavor Ubaldus percussus maximo, de castro et turri destructionem
timens, se in manus posuit [b] Faventinorum cum castro ad obediendum (et guer-
ram [c] inferendam Liviensibus, tradidit obnix, et dictus posuit cum voluntate totius
consilii, eius bona et hominum in dicto castro habitantium promisit recuperare, et
manutenere ab omnibus hominibus et specialiter a Liviensibus, et esse perpetuo cives.

³ Quando Faventini destruxerunt et inciderunt arbores
et vineas Foroliviensium.

CAP. CCXII.

¹²³⁶ ⁵ ^{Apr} ^{equitavere}
Anno Domini MCCXXXVI die v exeunte [d] mense Aprilis, equitavere Faventini
omnes civitatem supergredientes Forolivii, apud Sanctum Laurentium in Nuceto per-
noctarunt et, a rocca de Hermozo [e] inferius usque Casam Figariam [f], medianibus
bobus et aratris, omnia subvertendo, depopularunt hostiliter. Deinde apud Collinam
se transtulerunt, arbores ac vineas devastantes more solito usque flumen versus Fo-
rolivium [g], et hospitarunt ibidem. Demum die tertio, apud Foranicum Faventini eo-
rum castra fixere et omnia, fere ab uno flumine usque ad aliud, arbores et vineas Re-
munditi [h] et Veclazani et aliorum locorum destruxerunt hostiliter. Videntes, qui
illico defensuri venerant [i], et Iohannes de Guarmasia ibidem cum Populiensibus et
Bretenoriensibus et aliis multis, eorum arbores et vineas nequaquam defendere va-
luerunt; deinde per Castrum Latini, die quarto, domum cum gloria revertuntur.

[a] die ix exeunte. Sic Cod. V. In C. A., die viii exeunte. — [b] se in manus posuit, C. V.; se
in manu posuit, C. A. — [c] et guerram. Deerat conjunctio. — [d] die v exeunte, C. V.; die xxiv
exeunte, C. A. — [e] de Hermozo, C. V.; de Hermozo, C. A. — [f] flumen versus Forolivium, C. A.;
flumen versus Forolivi, C. V. — [g] Remunditi, C. A.; Remundetæ, C. V. — [h] defensuri venerant,
C. A.; defensuri venerunt, C. V.

[A] Casa Figaria est in territorio Livienſi, inter jurisdictiones Archiepiscopi Ravennatis.